

## **Scientia Sanctorum**

Collecta Ex Meditationibus Ludovici De Ponte, Joannis Busaei, Joan.  
Suffren, Juliani Hayneufve, Et Antonii Gaudier, &c. E Societate Jesu, In  
Dominicas, Festa & ferias totius Anni digesta. Cum Indicibus duobus. I. In  
singulos dies. II. Ad Exercitia Spiritualia

**Puente, Luis de la**

**Dilingæ, 1685**

14. De revelatione facta Josepho.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60561](#)

PUNCTUM III.

**N**ativitas Ioannis. 1. Mater divinitus edo- In nati-  
cta vult vocari Ioannem. 2. Pater recipit vitate.  
loquela & prophetat: *Benedictus, &c.* 3. Ex- quæ ac-  
ultatio, ut prædictum fuerat. *Muti in Nativita-*  
*te ejus gaudebunt. & admiratio: Quis putas puer* *Luc. I.*  
*iste erit?* 4. Quòd jam tunc *Manus Domini erat Isa. 49.1.*  
*cum illo. Dominus ab utero vocavit me, in umbra*  
*manus suæ protexit me, &c.*

MEDITATIO XIV.

*De eo, quod Ioseph voluit dimittere Ma-*  
*riam conjugem suam.*

PUNCTUM PRIMUM.

**S**anctitas Iosephi: nempe pro munere, ad SS. vete-  
quod fuit electus. Superavit Patriarchas, fi- ris Test.  
de Abramum, tolerantia Jacob, castitate al- superat  
terum Iosephum, consuetudine cum Deo Moy-  
sen, charitate populi Samuelem, humilitate &  
mansuetudine Davidem. Ut divinis vacaret, vo- Votum  
to se castitatis obstrinxit, quam ita eximiè con- Castita-  
secutus est, ut ex consuetudine familiari Virgi- tis.  
nis nihil animus ejus contraheret, imò ad amo-  
rem ejus virtutis magis accenderetur.

PUNCTUM II.

**Q**uod Deus non revelaverat Iosepho myste- Exerci-  
rium, sicuti Elisabethæ & Zachariæ, ad ex- tatio Io-  
ercitationem virtutis tum Mariæ, tum Iosephi, seph. &  
dum Maria.

*dum hic angitur de sponsæ lapsu , illa de infamia  
apud justum. Sic suos probat Deus. Proba me  
Domine, & tenta me. Et debet cum gaudio sus-  
cipi, quando absque culpa nostra; & præsertim,  
quando potius propter virtutem tribulatio con-  
tingit, ut Mariæ.*

**PUNCTUM III.**

Hinc  
quæ vir-  
tutes.

**Q**uæ inde eluxerint virtutes Iosephi. Patien-  
tia, in dissimulando factum, non expro-  
brando, non deferendo, prudentia, dum cogi-  
tat dimittere, cum qua, ut adultera, non conve-  
niebat habitare; nec id præcipitat, sed voluit  
animo. In Maria elucet. 1. Humilitas, nihilo-  
minus mysterium reticendo, nec apud maritum  
ullam sui defensionem afferendo: non sic ego,  
qui effutio, si quid ad honorem facit, & mille  
texo excusationes in peccatis. 2. Confidentialia  
in divina providentia, cui se per orationes com-  
mendabat.

**PUNCTUM IV.**

Revelat  
Deus.

**R**evelatio per Angelum: nimirum humanis  
mediis deficientibus, præstò sunt divina.  
Expende gaudium & gratulationem utriusque,  
nec non revelationis ipsa verba. Exemit scrupu-  
lum: *Ne timeas: sponsam purgat, ex Spiritu S.  
est, nutritum, & quasi patrem Christi consti-  
tuit, vocabis nomen ejus Iesum.*

**PUNCTUM V.**

**E**T accepit conjugem suam, introduxit in do-  
mum,

num, nec tamen cognovit usque ad partum,  
nec post. Qualis deinceps inter eos convictus?

## MEDITATIO XV.

*De expectatione partus.*

### PUNCTUM PRIMUM.

**Q**uomodo ipse Christus infans expertierit ar-  
denti desiderio perficiendi salutem nostrā, Nascedi  
ut jam tunc diceret: *Baptismo habeo baptizari;* deside-  
*& quomodo coarctor, donec perficiatur?* Nihilo-  
minus continuit sese per novem menses, neque  
ad diem secum dispensavit, quod ea inclusio  
pœna quædam esset, ad satisfaciendum pro no-  
bis; quales occasiones non omittebat. Deinde,  
erat quasi quidam secessus, in quo opus suum  
Patri commendabat, antequam illud aggrede-  
retur: sicut in deserto comparavit sese ad prædi-  
candum per dies quadraginta.

### PUNCTUM II.

**D**esideria B. Mariæ videndi, & fruendi aspe-  
ctu Filij, quem sciret Deum, & ex ipsa ho-  
minem. Item fovendi, serviendi ipsi, maternāq;  
obsequia exhibendi, pro eo, quod dignatus esset  
ipsam habere matrem. Quare dicebat: *Quis mi- CANT. 8.  
hi det te filium meum, ut inveniam te foris, & 1.  
deosculer te?* Et tandem optabat eum prodire  
communis salutis causā. Ego similiter in me de-  
sideria excitabo, ut Christus in me & aliis nasca-  
tur per gratiam, utq; illum omnes amēt, eiq; ser-  
viant.

In Beat.  
Virg.